

HR-HDA-876-2**1034. U Zadru.****Darovnica Savine, žene Gimajeve, samostanu sv. Krševana u Zadru**

Transkript:

In nomine domini dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo XXX III, regnante piisimo imperatore Romano, in ciuitate autem Jadera presidente domino Andrea episcopo, prioratus autem eiusdem ciuitatis regente Gregorio decentissimo uiro. Qualiter ego Sauina, uxor Gimmai, cogitauī diuina inspirante clementia meo animo pro remedium anime mee octaua pars de domus, que uisa sum habere et que me tangere uidetur, in monasterio sancti Grisogoni offerre pro anime mee remedio, quatinus ea pars uidelicet octaua monasterium possideat in perpetuum, et ab eodem rectore, qui in eodem monasterio in die obitus mei uisus fuerit fore, infelici corpori meo sepulturam tribuatur. Si quis autem post meum decessum in aliquo contrarius eiusdem octave partiuncule esse uoluerit, habeat mecum una cum meis hereidibus, habeatque maledictionem dei et sanctorum omnium sitque cum apostata dampnatus in die aduentus domini. † Ego Andreas episcopus, testis. † Ego Gregorius prior, testis. Ego Prestantius tribunus, testis. Ego Dabro tribunus, testis. Ego diaconus Petrus, testis. Ego Anffredus presbiter scripsi et roborauī.

Izvor: *Diplomatički zbornik Kraljevine Hrvatske, Dalmacije i Slavonije*, sv. I, Zagreb, 1967, str. 68-69.

Pripremio: Luka Vukušić, arhivist HDA